Volumus ut ad consolandum illum aptam quam a deo sumpsimus ubi ei et dignitatem suam et com
munionem nos reddidisse signauimus experientia tua dare debeat. quia sicut in contumaci
a persistentibus seueritas omnino non conuenit. sic eorum humilitati et penitentibus negare locum
ueniae non debemus. praeterea de fratre nostro sabiniano episcopo adertino atque honorato ar
chidiacono salonitano qualis quisue ad sedem apostolicam se contulerit. cum eodem maximo
omnino studiose agendum est. ut illas sine aliqua dubietate caritate recipiat. et dolorem contra
eos nullo modo in corde retineat sed pura cum eis gratia et sincera dilectione uiuat

al. in v. cod. Benenato epo Tundaritano

GR BENENATO EPO TUNDARI.

XCVIII 107 Ianuaria religiosa femina petitoria nobis insinuatione suggessit quod habet in sub
ditis in massa furiana lucrissim oratorium se pro sua deuotione fundasse quod in hono
re sanctorum seuerini confessoris et iuliani martiris desiderat consecrari. et ideo fr
karissime si in tuae parrochiae memorata constructio iure consistit. et nullum corpus ibidem
constat humatum percepta primitus donatione legitima id est in reditum praestan
tes liberos a tributis fiscalibus solidos decem gestisque municipalibus alligata praedic
tum monasterium absque missis publicis sollemniter consecrabis. ita ut in eodem loco nec
futuris temporibus baptisterium construatur nec presbyterum constituas cardinalem. et si
missas sibi fieri suprascripta conditrix forte maluerit. a dilectione tua presbyterum
nouerit postulandum quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus prae
sumatur. sanctuaria uero suscepta pro ut cum reuerentia collocabis. GR FORTUNATO EPO NEAPOLITAN

XCVIIII 108 Ianuaria religiosa femina sanctuaria beatorum seuerini confessoris et
iuliani martiris oblata petitione sibi postulat debere concedi. quatenus in eorum no
mine oratorium a proprio constructum sumptibus possit sollemniter consecrari. et ideo frater karissime
praefatae desiderium ex nostra praeceptione conuenit hoc adimplere ut pro deuotionis suae intenta
tione quam postulat potiatur effectu. GR CONSTANTIO EPO MEDIOLAN

C Lator praesentium euentius diaconus fraternitatis uestrae nobis in italia intimauit sibi a uobis in
iunctum ut reliquias beati pauli apostoli sed et beatorum iohannis et pancratii uobis ad uos
dirigere deberemus. Quae per et tione uestram curauimus effectui mancipanda,